

textus ostendit · quo spm̄ scm̄ quinquagesimo post resurrecti
onem die · quia ab ascensione eius est decimus · infusum xp̄i dis
cipulis sic promissus sperabatur agnouimus ·' sed ad am monen
dos uos · addendus est etiam sermo ex lectione presenti quam au
distis ·' factum est in quid cum apollo esset corinthi · & paulus
pera gratis superioribus partibus ueniret effesum · & inueni
ret quosdam discipulos · dixitque ad eos ·' si spm̄ scm̄ accepistis
credentes ·' hoc est si post baptisma manus inposicionem · qua
sp̄s scs̄ dari solet accepistis ·' at ille dixerunt ad eum ·' sed ne
que · si sp̄s scs̄ est audiuimus ·' ille uero ait ·' in quo ergo bapti
zati estis · qui dixerunt in iohannis baptismate ·' Dixit autem
paulus ·' Iohannes baptizauit baptismo pænitentiae popu
lum dicens · In eum qui uenturus esset propter ipsum ut cre
derent · hoc est in ihm̄ ·' Non hoc baptisma remissionem pecca
torum dare potuit · sed penitentiam tantum docere ·' Nam
sicut circumcisio in patriarchis signaculum erat fidei quam ge
rebant · ita & hoc lauacrum populus penitens quasi singula
re signaculum suæ deuotionis accepit ·' quod tamen ipsum
figuraliter etiam xp̄i baptisma · quo remissio daretur osten
derat ·' His auditis baptizati sunt in nomine dn̄i ihū ·' si enī
talibus sola communicatio corporis & sanguinis xp̄i · ut quidā
dogmatizant sufficere potuisset n̄ opus esset a discipulis xp̄i bap
tizari · quos iohannes aqua baptizauerat · sed tantum corpo
ris & sanguinis xp̄i participacione confirmari ·' Baptismū
enim a pena æterna non a presentis uitę subplitio liberat ·'
Quia si pæna p̄senti homines liberarentur p baptismum ipsud ·
putarent baptismi premiū non illud æternū ·' At tamen so
luto reatu peccati manet quædam temporalis pæna · ut
illa uita feruentius requiratur · quæ erit a pęnis omnibus ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0151